~~65.2.171~~ 67-2-22.

aquilonaris qui cum muro clau
dente appenditia in parte occidentali
faciunt decem inter capedines in qui
bus ponuntur .x. appenditia
inferiora et super illa .x. media et
iterum super illa .x. alia superiora si
cut dictum est de appenditiis
occidentalibus. Licet autem appen
dicium unum triplicatum tamen secundum
infimum et medium et supremum
modo dicto claudatur ex una
parte pariete occidentali clauden
te appenditia occidentalia et ex
altera parte claudatur pariete
aquilonari claudente appenditia
aquilonaria et sic computari
posset cum istis appenditiis et
cum illis tamen ne idem bis
computetur hic tantum compu
tatur cum aquilonaribus et
eodem modo dicendum de an
gulari appenditio in parte austra
li. Istum addito appenditio australi
inclusive usque ad ix cubitum
infime opposito parietis aquilonaris
templi exclusive ut magis vide
bitur sunt centum cubiti et sic
decem appenditia in hac longitu
dine collocata occupant centum
cubitos et per consequens quodlibet eorum est decem
cubitorum abscidente mouentem
inclusa tamen spissitudine pilariorum
inter ipsa dividentium et spissitu
dine parietis claudentis ex tercia parte
occidentali. Sic ix autem cubitis re
manentibus de aquilonari longitu
dine templi ponitur cochlea ad
ascendendum sursum in cenaculum
templi primum et secundum et
similiter ad appenditia media et
superiora nam ibi ponuntur ostia ex
una parte ad ingressum appenditiorum

et ex altera ad ingressum cenaculorum
propter quod hec cochlea ascendit
usque ad summitatem templi ut per eam
sit ingressus ad templi tectum quod
ab omnibus expositoribus ponitur planum
quod autem dictum est de appenditiis et
cochlea in aquilonari latere templi idem per
omnia intelligendum est in eius latere
australi et si dicatur quod una cochlea
sufficit ad predicta et per consequens alia
superfluit dicendum est quod non nam
hec duplicatio valet ad securitatem ut
si immineat periculum ignis vel alius
per plura loca sit ascensus sursum propter
quod merito maxime fuerunt hee cochlee
collocate in earum frontibus ex utraque parte.
Circa vero duo latera templi scilicet aquilonare
et australe ab omnibus expositoribus
ponuntur duo edificia a muris templi
per viginti cubitos distantia et quodlibet
duorum edificiorum est longitudinis
centum cubitorum. De altitudine vero non
fit mentio in textu probabile tamen est
quod est lxxv cubitorum ita quod quodlibet trium
mansionum que ponuntur ibi una super
aliam sit xxv cubitorum sicut dictum
est supra de mansionibus porticuum templi
quia latitudo istorum edificiorum ponitur
in pendulo montis ideo due superiores man
siones tamen elevate sunt super terram
sed ad terciam vero descenditur per gradus si
cut in cellariis. Item quod et earum ostia descri
buntur in lateribus eorum versus medium lo
cum. Reliqua vero circa templum et edi
ficia ista dicenda dicam litteram exponen
do. Ut ad capiendum vero facilius que
dicta sunt et dicenda ponuntur hic
due figure prima representat secundum li
neas fundamentales posteriorem partem
totius edificii que incipit a latere occiden
tali atrii interioris et protenditur versus
occidentem usque ad murum claudentem